Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

da pdixit. hec reuelata ostendit. In hac autē reuela
tione nichil hystoricū est accipiendū. qd ipsa uer
ba si subtiliter inspiciantur. docere pbantur. Heq;
enim hoc fieri potest. ut pauca emultis dicam. qd
uidetur ueraciter equos in uisione. quorū ascensō
res haberent loricas igneas. & hiacinctinas. & sul
phureas. Tria namq; genera uisionū patres nri in
telligenda dixerunt. primū scilicet corporale. sicut
uidem p oculos corporis. celū terrā solem. ceteraq;
huiūmodi. secundū spūale qd fit in extasi. id est in
excessu mentis. siue uigilantib. siue dormientibus
uiris. quando non res corporales sed similitudines
rerū corporaliū intuentes. futura ibi presagunt mys
teria. Quod genus uisionis commune ē iustis &
reprobis. sicut nabuchodonosor uidit lapidē prec
sum de monte sine manibus. & sicut pharao septē
boues crassas. septēq; spicas plenas. & cetera. Sed uiq;
qd uiderat non intellexit. nisi & illi daniel. & ipse ioseph
mysterium uisionis reuelasset. Hec mirū si reprobis
bis obscuritatib. solutione indigeant. cū etiā daniel
ñ intelligens qd significarent quatuor uenti. qui
pugnabant in mari magno. accesserit ad unū de
astantib. & quesierit ab eo de his omnibus. Tertiū
genus est intellectuale. qd non fit p corporales res neq;
p similitudines. sed ipsa ueritas in mente manifesta
tur. uidentibus. qd. ppte electos est. Tali modo
locuti sunt pphete. quia ea quē dicebant intelli
gebant. id est uidebant. Vnde & uidentes appella
bant. iuxta quod libri regū hystoria manifestat